ꝙ eidem papæ neqꝫ ſuis ſecum uenientibus,non inferatur uis in eorum proprijs pſo D
nis,ſiue bonis quæ ſecum apportauerint.His dictis,præfat⁹ Fredericus dux Auſtriæ
dixit,ꝙ ita peteret & humiliter ſupplicaret regiæ maieſtati ipſum recipere ad ueni-
am & miſericordiã,ponẽs ſe & ſua dominia & bona quæcunqꝫ in manibus & pote-
ſtate ipſius regis ſimpliciter diſponenda ad oẽm ſuã uoluntatẽ. Supplicans tñ, ꝙ pa
pæ & ſuis ſecũ reducendis,nihil fiat in perſona & rebus eoꝝ quas adduxerint.Quam
humiliationem sereniſſimus dñs rex recepit,tangens ſibi manum,& ulterius mani-
bus iunctis,idem dñs Fredericus dux promiſit nunꝗ per ſe uel alium ſeu alios con-
tra dictum ſereniſſimum dñm regẽ quouis modo facere,ſed ſibi fideliſſim⁹ ſeruitor
eſſe. Sup quo uenerabilis uir magiſter Ioannes Abundi aduocatus nationis Germa-
nicæ,noĩe oĩm & ſingulorum petijt ſibi fieri per dños Benedictũ protonotariũ præ-
poſitũ Albæregalis, & Iacobum Rodini protonotariũ de Ianua, cæteroſqꝫ notarios
& tabelliones ibidem exiſtentes, unum uel plura fieri, publicum uel publica,inſtru-
mentum ſeu inſtrumenta,ad dictamẽ cuiuſlibet ſapientis,pſentibus ibidẽ dictis dñis,
plꝫtis,abbatibus,doctoribus,& nobilibus,alijſqꝫ ꝗ plurimis in multitudine copioſa.

Effectus literæ ſubmiſſionis ducis Auſtriæ,quæ ſcripta fuit in theutonico,
& ſigillo ſuo ſigillata,ſequitur & eſt talis:

Nos Fredericus &c.recognoſcimus &c.Quod cum ſereniſſimi principis indigna E
tionem inciderimus, uenimus in propria noſtra perſona ad conſpectum dicti dñi no
ſtri regis Conſtantiã. Et nos perſonã noſtrã,territoria, hoĩes,ciuitates, fortalicia &
quicquid habemus & tenemus,nihil excepto,ad ſuam regalem gratiam dedimus &
ponimus uigore præſentium taliter,ꝙ ipſe nobiſcũ & cum eis facere & ordinare poſ
ſit pro ſuæ regalis libito uoluntatis. Quicquid etiam quælibet perſona uel perſonæ
eccleſiaſticæ uel ſeculares,nobiles uel ignobiles,in quacunqꝫ dignitate uel ſtatu con-
ſtitutæ,nemine excepto,contra nos habet occaſionem pro quacunqꝫ cauſa,nulla ex-
cepta, hoc totaliter poſuimus & dedimus in arbitrium dicti dñi noſtri regis,ſic & ta
liter,ꝙ quicquid ipſe dñs noſter rex iuſſerit in hmõi, ordinauerit & dictauerit ꝓ ſua
uoluntate per nos erga quemlibet faciendũ,ꝙ iſtud facere & adimplere & finire de-
bemus abſqꝫ omni dilatione & contradictione. debemus etiam & uolumus facere &
procurare,papam Ioannẽ ad Conſtantiã ſeu alibi quo dñs noſter rex uoluerit, pſen-
tare,aut facere præſentari ad manus & poteſtatẽ dicti dñi regis & ſacri cõcilij, quod
præſentialiter Conſtantiæ celebratur. Sperantes ꝙ iuxta uerbum regium deſup no
bis factum,ꝙ dictus papa Ioannes & oẽs ſecum Conſtantiã aut alium locũ deputan
dum,ſuaꝝ uitæ & rerum ad eos ptinentium,quas ſecum ad hmõi locũ duxerint, ſint
ſecuri.Et ſi dictus papa Ioannes de papatu depoſitus fuerit uel ceſſerit, tũc in uolun F
tate præfati concilij ſtabit,quõ eidem de ſtatu ſuo prouideatur.Nos etiam uolumus
& debemus in hoſtagio Conſtantiæ manere, quouſqꝫ papa Ioannes Conſtantiã aut
alibi, quo præfatus dñs rex deputauerit,peruenerit, ut ſupra ſcriptũ eſt.Et quouſqꝫ
oẽs & ſinguli officiales,ciues & incolæ munitionũ,ciuitatum & territorioꝝ in Sue-
uia, Alſatia,partibus Briſgoniæ,comitatu Tirolis circa Atheſim & ualle dicta in Tal,
pfato dño noſtro regi & imperio ſacro fidelitatẽ promiſerint, & iurauerint ad ſctã
dei euangelia ipſum reſpicere & ſibi obedire, donec oĩa & ſingula ꝑ nos totaliter &
effectualiter facta fuerint & adimpleta.In quo & pfati dñi noſtri regis ſimplicib⁹ uer
bis,literis aut intimationibus abſqꝫ probatione alia debent cõtentari,aut quouſqꝫ idẽ
dñs noſter rex eoſdẽ fidelitatũ promiſſionũ & iuramentoꝝ huiuſmodi ꝑ ſe uel ſuas
literas nunciauerit abſolutas. Et in caſu quo præmiſſa in toto uel in parte non face-
remus & impleremus,ſeu quõlibet cõtraueniremus,quod deus auertat,extũc pfatæ
ciuitates,munitiones,territoria & hoĩes noſtri,præfato domino noſtro regi & ſacro
imperio totaliter deuoluantur, & deinceps eidem tanꝗ iuſto ordinario & naturali
dño ſubijciant & obediant,noſtra & cuiuſlibet alterius contradictione non obſtante,
omnibus fraude,dolo & nequitia totaliter ceſſantibus in præmiſſis.Et iſtud ad oẽm
firmitatem